

Liber Primus

Iudex debet iudicium exercere, et de eo temptare quætidie, in
vobis loco iudiciali: excepto quod vir absque testibus, noluerit quæ-
rari sed ubilibet potest iudicare, sine mora. Iudex etiam iudicium co-
ordinare debet, quod non iudicare debet, et non actor, nec reus

Recompensa et emenda, et pena iudicis, solui dicitur, ad diem ut fuerit
diffinita, cum talibus denariis, put tunc in eodem iudicio, sunt trans-
euntes, et daturi, recompensam et emendam actori. Iudici vero penam

De publicatione et infiscatione bonorum occasione debiti

I vero aliquod bona fuerint publicata seu fiscata: siue predicta
bona possidet ille: qui si deduxerit infiscationem cum fiscatione
tribus diebus, et tribus noctibus. Insup ibidem dicitur, comedere,
et bibere simul, et dormire, cum fiscatione. Deinde dicitur coram iudicio, p
nunciare diebus tribus, tribus vicibus, scilicet ad duas ebdomadas, et ad
quartum iudicium iudex sibi pacem desuper debet formare, et sibi
appropriare per sententiam Scabinorum, et tunc bene potest vendere, eadem
bona, cum scitu hominum proborum. Si autem aliquid ultra suum de-
bitum superfuerit, hoc, illi, debet reddere, cuius fuit hereditas. Si
si defecerit, extunc agat ulterius repetendo, id quod deficit

De arrestatione quorumvis bonorum et equorum.

I vir alloquitur aliqua bona, ut pannos, aut quicquid suarum
rerum fuerit. Quod sibi subtractum aut raptum fuerit, ad hoc
se unica manu trahere debet, et iurare tacto sacramento, quod
tunc suum fuit, et nunc suum sit, cum, sibi, subtractum seu raptum
fuerat. Si autem equus fuerit, quem vir alloquitur quod sibi subtractus
aut eo spoliatus sit, et ad hoc, se trahere debet, cum dextro suo, pede,
calcare debet equum supra suum pedem anteriorem sinistram et sinistra
manu equum per dextram aurem capere, et petere debet reliquias et
plocutores, et iurabit, supra caput equi, tacto sacramento, quod tunc suus
fuerit et nunc suus sit, cum sibi subtractus, aut eo depredatus fuerit
extunc ille se trahere debet, ad suum tutorem seu venditorem et iurare
debet, tacto sacramento, quod equum trahat, ad verum tutorem, ad
quem, ille, ipsum iure sequi debet, non autem, ultra mare aglonis.
Si autem dixerit quod equum emerit, in foro libero, et venditorem habere
non possit, Extunc equum suum, amittet, et argentum suum, quod pro
eo dedit et non perdet pro eo aliquam penam

De querimonia pro debito post mortuam manum